Quelle:
Copyright:



Joannes Peckam, seu de Pechano, Anglus Ord. Minor: discipulus S. Bonaventurae, docuit Parisiis, Oxonii, Romae; inde Archiepiscopus Cantuariensis ab ao 1278 – 1292. De eo prae, ter memoratam Oudin. et Fabric: etiam Wad, ding: in annal: Fr. Minor: Tom 2. pag: 52-78, et legg: Henricus Warthon Angl: Sacra p: 116.

2. Fol: 13 averso – 38.

Tractatus de Quadrante. „ „ Tractatus de Quadrante. Incipit: "Quadrans est spere plane quadra linéis, et gradibus geometrice insignita". Folio 17mo hoc opus, culum videtur esse finitum: legitur enim co, lumna prima: "Explicit quadrans". Verum sequenti columna mox de novo inchoatur his verbis: "Omnis ars per instrumentum operativa", et deducitur vsqs ad fol: 38. ubi in calce legitur: "Et hec de quadran, te dicta sufficiant". Insertae quoqs sunt quinque tabulae solis; una climatum, et tabula umbrae. Quis hujus operis author sit, certo definiri nequit: plures enim de qua, drante scripserunt. Sic Jo. Campano tri, buitur liber de compositione quadrantis, Heilbron. Hist. Mathes: l. 2. pag: 450 & 434. At nostrum non esse initium docet, quod jux, ta Trithemium de Script: eccl. cap: 322 ita loquat: "Scire debes quod circulus" Ro, berti Anglici Lincolnicnsis Episc: Quadrans" extat mss: in Bibliotheca Abb. S. Petri de Selicante.(a) Huic opusculum nostrum ad, scribendum esse ea eo vel maxime inducor, quod plerique sequentes tractatus ejusdem authoris sunt.

(a) Heilbron. l. c. l. 2. pag: 580. & 172.